



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313268>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,  
QUAS,  
ANNUENTE SUMMO NUMINE,  
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI  
HENRICI EGBERTI VINKE,  
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,  
NEC NON  
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU  
ET  
NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,  
**Pro Gradu Doctoratus**  
SUMMISQUE IN  
JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,  
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
GIDEON JANUS MARIUS VAN VOORTHUYSEN,  
*Amstelodamensis.*  
A. D. XXI M. JUNII A. MDCCCLIV, HORA II.

---

**Trajecti ad Rhenum,**  
APUD L. E. BOSCH ET FILIUM.  
MDCCCLIV.



## THESES.

### I.

Legi 7 § 13 de acq. rer. dom. non obstare videtur lex  
6 § 2 arb. furt. caes.

### II.

Furiosus qui damnum dedit, minime re obligatur.

### III.

Bona adventitia peculium non dicuntur, neque peculii  
naturam habent.

### IV.

Jusjurandum in litem minime in omnibus bonae fidei  
actionibus admittitur.

V.

Lex commissoria fidejussoris gratia adjici nequit.

VI.

Matrimonium non est contractus.

VII.

Matrimonium per procuratorem initum, licet revocatio mandantis ad eum non pervenerit, tamen non valere videtur.

VIII.

Matrimonii per procuratorem instrumento privato constitutum initi, vel venia a rege non impetrata, rescissio peti non potest.

IX.

Statutum personale peregrini ex ipsius patria lege, dijudicandum est.

X.

Divisio hereditatis intestatorum hominum in duas lineas minus probanda mihi videtur.

XI.

Vendor rei immobilis praeter dominium etiam possessionem transferre debet.

XII.

Art. 119 al. 4 Cod. Merc. acceptantem non sic in integrum restituit, ut si acceptatio per fraudem impetrata fuerit, nulli litterarum cambialium detentori teneatur.

XIII.

Indossamentum minus plenum (de quo agitur Art. 135 Cod. Merc.) non necessario est procuratio sed tantum praesumitur; admittitur igitur probatio contraria.

XIV.

Si primus emtor forocessit, venditor post triginta dies privilegium non habet pecuniam non solutam a secundo emtore exigendi.

XV.

Concordatus forocedentis, tribunalis homologatione probatus, non est contractus tantum sed pars sententiae.

XVI.

Doctrina de jure puniendi a KANTIO proposita, improbanda videtur, quippe poenarum mensuram non accurate indicans.

XVII.

Recte Rossi (*Traité du Droit Pénal Livre II Chap. XXXI.*) La justice et la politique réclament également une différence de peine entre la tentative et le crime consommé.

XVIII.

Neque definitio neque poena infanticidii quae in Cod. Poen. Gall. leguntur, probandae sunt.

XIX.

Effractura et introitus fraudulentus conclave vel exemplo Art. 205 & 214 Cod. Crim. Holl. pro conatu furti habenda, vel tanquam delictum sui generis punienda videntur.

XX.

Lex novissima de ademtione dominii in utilitatem publicam, non adversatur legi fundamentali.

XXI.

Amortisationis sortes (amortisatie-fondsen) minus aptae videntur ad aes alienum civitatis tollendum.

XXII.

Systema quod dicitur Métayage etsi universe improbandum, tamen in regionibus oeconomice minus excutis non abrogandum videtur.

---